Clarissimis uiris Iacobo de sine muro magno cantori archiepiscopalis ec/
clesiæ Lugduneñ. & Petro de sine muro eiusdem primo custodi Canonicis
comitatibus: ac omnis litteraturæ uirtutisq; egregiis ornamentis Io. Ba. As/
censius salutem dicit.

Quandoquidem proceres integerrimi: ubiq; fere litterarum præci
pitur/optimũ quemq; uirũ oportere/quod in Marco Catone Lu
canus cõmẽdat: nõ sibi sed toti genitũ se credere mũdo: sæpe me/
cũ ipse cogitaui: an nos quoq; in hac recula mũdo aliquid/ q̃ nati
sumus deberemus: uisumq; est primũ eã rem ad præpotẽtes/ non
ad nostræ cõditiõis uiros ptinere: quoniam intra suæ quisq; fortunæ limites
cohiberi iubet: ppriãq; pellẽ nõ deserere. Cæterũ cũ ad omnis sapiẽtiæ fontẽ
principẽq;: oĩs luminis claritudinẽ: oĩsq; pfectionis artificẽ Iesum christũ do
minũ & saluatorẽ nr̃m: sine cuius dulcissimo noĩe oĩs suauitas amaritiem ha
bet/animi oculos cõuertere: cognoscerẽq; illũ dumtaxat seruũ qui unũ talen
tum a domino fœneratus fuerat: nequã ignauũq; dãnari q̃ illud sine fœnore
auaris terris crediderat: intellexi illico talentulum hoc quod mihi pro sorte
ab optimo maximo creatore nostro datũ est: non sine fœnoris accessione re
petitũ iri. Quamobrem iustiori examine pensitare cœpi: qua uia quaq; arte
partes nostras depleremus. Neq; uero altissima mihi primũ tentanda putaui
sed neq; in humillima merce: lucelli plurimũ posse consequi. Proinde id tan
dem potissimũ censebam: bonas litteras optimis sententiis refertas: gallicæ
pubi uenũ proponeremus. Paraui igitur nauem/ æquor propediem consen
surus (mercimonia enĩ uiri earũ rerũ ditissimi polliciti dudũ erant) una fuit
reliqua cura: quibus auspicibus quibusue directoribus uentis uela darem. Ve
rũ/ quoniã ex principe ingeniorum Homero didiceram: æquis nauibus tu/
tissime rem cõmitti: ingens mihi sollicitudo incessit: qui geminos rectores
remigio nostro unde utrimq; gubernet: & ueluti æquatis alis dexterrime uo
litet/ acquirerẽ. Ecce autẽ hæsitanti: atq; huc illuc anxie animũ uersanti ue/
stra faustissimi præsides auspicia: mihi prima subuenerũt qbus si fretus eẽm
nihil est q̃ inter scyllam & charybdim uela pandere, aut in getulas surẽtibus
austris sirtes incidere formidem. Nam neq; lucida illa geminorũ Castoris &
Pollucis sydera dum gemina uidẽtur luce. præsentius nauigãtibus numen au
xiliũq; pollicitãtur: ac uestra quibus aspiratis humanitas. Enimuero quid no
stræ linthri uobis præsidibus timeam: ubi tantã classem (de Lugdunensi ec/
clesia loquor) totiens optatũ portum uestro auspicio cõtingere uideam? Nã
ut seorsum uestra ornamenta pcurram: quid tua dñe Iacobe excellẽtia præ/
stãtius: quẽ archiepiscopus Lugdunẽsis ecclesiæ omnibus cõcomitũ punctis
plenoq; suffragio magni illius chori archicãtorem: totiusq; gymnasii gymna
siarchum cõstituit. O beatũ cœtũ: fœlixq; gymnasiũ. Non eteni trachius ille
orpheus: neq; dircheus amphion modulatius concinuerũt: dum ille tigres ra
bidosq; leones leniit & siluas ad se traxit sequaces. Hic uero saxa sono testudi
nis ad Thebanæ ciuitatis constructionem mouit. Tuis enĩ modulis delini/
tus totus chorus cõsentit atq; inter se cõuenit. Siquidem nõ eiusmodi canto
ris munera geris: q̃ cõcẽtibus stridulis/ auris demulceas (Lõge enĩ id gen' cã

tationũ ab istius chori grauitate abhorret) uerũ q̃ (ut illi quos memoraui ua
tes) moꝝ decẽtia & doctrinæ sanctitudine aĩos dirigas. Hoc igit̃ unũ integri
tatis tuæ amplissimum testimoniũ præbet ꝙ tam grauis: tanq; integer ordo
te sibi ad uitæ modulos temperandos præposuerit. Neq; inferioris tamen
dignitatis est/ ꝙ litterarum scholis præsidem te constituit: ea enim prouincia
oppido q̃ ardua est: quippe abs qua tota publicæ priuatæq; rei salus depẽdeat
siquidem iuuentutis animi: illic futuræ uitæ imbutionem suscipiunt. Cæte/
rum ut uicissim ad te domine Petre dulce decus meum respectem: paria fere
munera prudentiæ tuæ credita sunt. Te etenim tanti templi: tantarumq; rerũ
custodem totidem uotis idem magistratus effecit. fœlicem me hercules (ut
persice loquar) gazam: quæ tuæ uigilãtiæ tradita est. Ea siquidem doctrinæ
tuæ excellentia: ea morum pulchritudo: isq; uitæ splendor est: ut non rerum
modo: sed uel animorum custos haberi merearis. Enimuero (ut uos rursum
compellam) omnes istius ordinis (qui perpauci sunt) superiores: uestrum
utriusq; decorum admirãtur: Pares qui itidem pauci: reuerentur: inferiores
uero omnes obseruãt. Neq; id iniuria quidem: Nam ut specimina decoraq;
uestra propius conspiciam: & stẽmata uestra diligenti oculo relegam. Quid
mirum usqueadeo si: qui altissimo loco: & clarissima de sine muro domo na
ti: a clarissimis maioribus editi: a peritissimis eruditi: a grauissimis instituti:
inter optimos cõuersati: & honestissimũ quẽq; locũ consecuti: omnibus cha
ri cordiq; estis? Quocirca dum istec contẽplor dum inq̃ studiorum uestrorũ
conformitatem: morum concentum/ amoris mutui neq; uulgaris quidem
sed qualis inter germanos conuenit certissima pignora animo cõplector: sa/
turnia illa sæcula nactus mihi uideor. Ideoq; uel inuidulus quispiam merito
mihi ueniam dabit: si diutius in uestris ornamentis scrutandis hæreo. Nam
præter animi delitias/ quas quidẽ maximas ex istac speciositate contẽplanda
consequor. id quoq; emolumẽti suscipio: ꝙ dum quid uos recte geritis aĩad/
uerto: quid mihi cæterisq; faciendum est intelligo. Vbi itaq; istec omnia con
templarer: de q; humanitate uestra q̃optime sperarem: satisq; confiderem au
spicia uestra mihi non negatũ iri: mercibus nauim confersi: quas priusq̃ uenũ
dem paucis uerbis cõmendabo: neq; ob hoc arrogans: sed solers negociator
appellari merear. Ante omnia aũt instituti mei rationem aperiam: quãobrẽ
cultiores litteras in nauim hanc cõstipauerim. Animaduerti itaq; nihil reipu/
blicæ magis conducere: q̃ ut optimus quisq; pro bene gestis rebus cõmende
tur atq; æternitati consecretur: ea enĩ re effectum est: ut romana maiestas eo
rerũ gloriæq; ascẽderit ut iam mole laboraret sua. Nil enim illis arduum: ni/
hil difficile uisum est. ex quo famæ gloriæq; immortalitatem consequi pos/
sent. Quamobrem demirari soleo gallorum in ea re (quod cum uenia dixe/
ro) negligentiam. Tametsi enĩ optime semper gesserunt usqueadeo ut Sa/
lustius. Scientia belli gallos ante Romanos fuisse. Et cũ gallis pro salute/ nõ
pro gloria certasse confiteat̃. Et Iustinus olim in Asia atq; Aphrica nullũ bel
lum sine gallico milite fœliciter gestum cõmemoret: Nunq̃ tñ antehac egre
gia sua facinora latinis cultioribusq; litteris mandare curauerint. Nunc uero
quando eum regem nacti sunt: quo neq; fœlicius neq; præstãtius: neq; admi/
rabilius: neq; deniq; de quo tota christiani noĩs religio melius sperauerit: an/

te hanc tẽpestatem uisum est/aut dei munificentia mortalibus datũ: non puto defore: qui eius dexteritatem litteris consecrabunt. defuturos tñ uerear: qui a doctis uiris scripta intelligere possint: tam ineptæ sunt primæ litterarũ institutiones: Omnis enim infœlices scholastici ab actoribus (ita enĩ appellitant) studia sua auspicantur: atq; in errorum tenebras nimirũ aguntur. Præsertim a commentariis: quibus institutum uidetur: ut a bonis litteris dehortentur. Præceptorculi tamẽ nõ minus inepti excusant sanctas morum uitæq; præceptiones: dicuntq; sese si non bonas litteras: bona tamen instituta docere. Quocirca plusculos dies aduigilauimus: ut una opera cum bonis moribus bonas litteras iuuenes isti addiscant. Scrutati igitur sumus omniũ litterarum tabernas: atq; ut usitatius dicam bibliothecas: bonorum institutorum plantaria undecũq;: ex Virgilio: Horatio: Ennio: Iuuenale: Persio: Baptista Mantuano: Sulpitio Verulano: Opusculis Catonis & Alani: in nauem congessimus atq; uestro nescientium ductu atq; auspicatu/ad optatum portum appulimus. Quemadmodum enim diui Petri non sentientis umbra/quos contigit sanauit: ita uestri nominis dexteritas secũdissimum cursum nauationi nostræ uobis non aduertentibus contulit. Vbi itaq; Morum istec plantaria ad speratam terram traduximus duodecim hortulos ex illis conseuimus: quos ubi in hũc ordinem excreuerunt: siluas moralis non iniusto uocabulo appellandas credidimus. Variam enim plantationem atq; omnium moralium præceptionũ ὕλην. i. mateream habent. Quinetiam aureum illum ramum pro quo Aeneas in sexto. Aspectans siluam immensam sic forte precatur. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat nemore in tanto &c. diligẽtissimus quisq; scrutator in his siluis inuenerit Cæterum præstantissima præsidia mea: exoratas uelim dominationes uestras siquid confidentius in hac re fecerim: boni æquiq; consulatis: spero equidem fore ut omnis iuuentus uestræ beneficentiæ sese obnoxiam uel ob nostram/quam iamprídem uobis dedícamus lucubrationem fateatur. Quæ ut uocabulorũ quæ hic præcipua sunt indices habeat: repertorium hoc adiecimus. Valete dulcia præsidia nostrasq; Siluas si quando uacabit amico pede ingredimini.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf